

ad Ciceronem, tum causa amicitie, tum causa sapientie, qui ei diligenter omnes questiones suas soluere solebat. Ille uero, causa amici, fecit istum librum de uera amicitia, comprobans illam causam (*sic*) uirtutis esse appetenda. Quem alii Tullium, alii Lelium, quoniam Lelius in eo plus aliis disputat, uocant. Materia eius est precepta uere amicitie. Intentio uero est confirmare omnes homines in uera amicitia. Causa intentionis rogatus Attici. Utilitas est ut sciamus ueros amicos a fictis discernere. Ethice supponitur. Titulus.

Recensions longues

- 1) Mss. : *B* Berne, Burgerbibl., A 92 n° 29, XII^e-XIII^e s., f. 1, écriture française.
L Londres, Brit. Mus., Royal 15 A XX, XII^e-XIII^e s., f. 83v-84, écriture anglaise?

Atticus fuit quidam nobilissimus romanus et ualde familiaris Ciceroni, qui, cum esset sapiens in philosophicis sententiis et in secularibus negotiis optime eruditus, tamen dubitabat an senectus esset naturale bonum nec ne. Nam philosophi senectutem affirmabant esse naturale bonum. At contra populus dicebat senes esse stolidos. Item¹ dubitabat de amicitia an esset appetenda propter utilitatem an propter uirtutem. Nam philosophi dicebant appetendam esse propter uirtutem, populus autem propter utilitatem. Hac igitur dubitatione Atticus commotus contulit se ad Ciceronem, tum causa amicitiae, tum causa sapientiae, qui ei diligenter omnes questiones soluere solebat, eumque hortatur ut scriberet duos tractatus, unum de senectute, alterum de amicitia. Cogebatur enim predictus Atticus dubitare quorum sententiae assentiret, quia in populo etiam disertis homines habebantur. Itaque, causa amici, fecit librum quendam de senectute et alterum de amicitia, comprobans senectutem esse naturale bonum, tum etiam comprobans amicitiam non esse appetendam causa utilitatis sed causa uirtutis.

Causa intentionis Ciceronis fuit rogatus Attici. Intentio uero est confirmare omnes homines in uera amicitia et tractare proprietates eius. Materia est ipsa uera amicitia et precepta eius uere amicitie. Utilitas uero est ut sciamus ueros amicos a non ueris discernere. Ethice supponitur liber iste, quem alii Lelium, quoniam Lelius in eo plus disputat, alii uero Tullium appellant².

Tractantes de amicitia considerare debemus quot modis dicatur amicitia. Diuiditur itaque quadrupliciter³, amicitiarum alia naturalis et uera, alia naturalis et non uera, alia uera et non naturalis, alia nec uera nec naturalis.

1. Iterum *B* — 2. dicunt *B* — 3. quatuor *L*.

Titulus tribus modis dicitur, aliquotiens enim dicitur secundum nomen auctoris tantum ut : incipit Lucanus, alius secundum nomen operis tantum ut : incipiunt bucolica, alius uero utrumque continet ut in hoc libro : Incipit Tullius de amicitia⁴.

In hoc uero prologo quinque denotantur, scilicet operis commendatio ubi laudat Sceuolam magistrum suum, cuius sententiam ponit in hoc libro, habitam a quodam probatissimo uiro⁵, scilicet Lelio, huius Sceuole doctore et socero etiam Fannii.

Prelibatio subsequentis operis⁶. Modus agendi talis est, introducit personas colloquentes⁷. Omne genus carminis est trifarium : aut enim persone solum introducuntur ut in Terentio, aut nulla nisi auctor ut in Sallustio, aut etiam auctor et personae ut in Boetio. Hoc genus carminis, ubi personae introducuntur, apud antiquos authenticum erat et ideo Tullius hoc genus elegit⁸.

4. les 3 exemples de titres omis par B — 5. sapienti B — 6. Prelib. s. op. om. B — 7. Modus tractandi scilicet introducendo personas L — 8. apposuit B.

Ici se termine le texte commun aux deux manuscrits dont le dernier paragraphe est différent.

B Iterum amicitiarum alia uulgaris, alia mediocris, alia uera et perfecta ; uulgaris que habetur inter omnes pro temporali beneficio, quo cessante cessat et ipsa ; mediocris est illa que habetur tam pro temporali beneficio quam natura, sicut inter propinquos ; uera et perfecta est illa que nec acquiritur prosperis nec deseritur aduersis, incipiens a probitate naturae et tantum deseruiens honestis. Intentio sua est tractare de uera et perfecta amicitia, hoc facit inuitando omnes ad ueram amicitiam et perfectam, exemplo Lelii et Scipionis. Vtilitas est ut sciamus ueram et perfectam amicitiam non posse nisi inter bonos.

L Causa intentionis scilicet rogatus sui amici Attici. Finalis causa dicit : Itaque feci non inuitus⁽²¹⁾ et cetera.

2) Mss. : *R* Vat. Reg. lat. 1574, XIII^e s., f. 17v-18, écriture française.

P Vat. Pal. lat. 1523, début XV^e s., f. 30v-32, écriture française.

Atticus nobilis romanus¹ multum familiaris fuit Tullio Ciceroni², peritus in philosophicis sentiis et ciuilibus negociis. Quociens autem eum in aliqua sententia dubitare continebat, ad Tullium de dubitatione soluendus

1. uir nobilis fuit *P* — 2. Ciceroni om. *R*

(21) *De amicitia*, 1, 4.


COLLECTION LATOMUS

VOLUME 145

Hommages à André Boutemy

édités par

Guy Cambier



LATOMUS
REVUE D'ÉTUDES LATINES
60, rue Colonel Chaltin
1180 BRUXELLES
1976

J 2590, A, 145